



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXVII. Markgraf Woldemar vereignet dem h. Geist - Kloster zu Salzwedel Besitzungen in Bissum, welche es von den Rittern Friedrich und Heinrich von Scheplitz erkauft hat, am 1. Januar 1319.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

tempore, quod dominus auertat, mori contigerit, ego predictam munitionem intrabo non exiturus, nisi prius infra mensem loco defuncti alium statuam eque dignum, et sic e contrario mei compromissores, si me medio eodem tempore, quod absit, mori contigerit, supradictam munitionem subintrabunt non exituri, nisi loco mei alius eque dignus statuatur. Huius testes sunt: Johannes, plebanus in kerberghe, Vritze de koningesmarke, Coppeke, scultetus in kerberghe, et alii quam plures fide digni. Vt igitur hoc factum ratum et inconuulsum permaneat, presentem paginam super eo conscriptam meo sigillo et meorum compromissorum duxi validius roborandam. Datum et actum Anno domini M^o. CCC^o. XVIII^o., quarta feria ante festum penthecostes.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 14, No. 9.

LXXVII. Markgraf Woldemar verzeignet dem h. Geist-Kloster zu Salzwedel Besitzungen in Biffum, welche es von den Rittern Friedrich und Heinrich von Scheplitz erkaufte hat, am 1. Januar 1319.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Ad perpetuam rei geste memoriam. Nos Woldemarus, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lusacie, omnibus hanc literam visuris vel auditoris salutem in virginis filio gloriose. Quoniam ea, que geruntur in tempore, simul etiam cum tempore labuntur nisi scripture testimonio et testium annotatione deducantur in noticiam futurorum; Hinc est, quod nos ea, que fiunt a nobis rationabiliter volentes esse manifesta tam presentibus quam futuris, recognoscimus in hiis scriptis publice protestantes, quod diuine retributionis intuitu et ad instanciam nostrorum fidelium Frederici et Henrici, militum de Schepelizee dictorum, de nostrorum consensu heredum donauimus monasterio sancti spiritus prope ciuitatem nostram Saltwedele canonicorum regularium proprietatem et aduocaciam vnius curie in villa viffem, cum altero dimidio manso ac aliis agris, que vulgariter morgenlant nuncupantur, soluentes duos choros filiginis annuatim, vnum colatum, sextam partem prefecture cum iudicio, beneficii seu ecclesie collacionem in eadem villa cum omni iure tam in agris cultis et incultis quam in pratis, aquis, nemoribus suisque pertinenciis vniuersis, prout iam dicti milites de Schepelizee eadem bona a nobis in pheodo tenuerunt, et a quibus iidem canonici ipsa emerunt pecunia persoluta in perpetuum possidenda. Insuper volumus monasterium prelibatum in hiis bonis ab exactionibus, angariis, perangariis et seruiciis quibuslibet liberum esse penitus et absolutum. Vt autem hec nostra donacio inconuulsa permaneat et a nemine hominum in posterum infringi valeat, presentem paginam super hoc confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius vero nostre donacionis testes sunt strenui viri dominus Johannes droysfeko, dapifer noster, dominus Johannes et dominus Henricus, ipsius filii, dominus Bernardus et dominus Wernerus de Schulenborch, fratres, milites, Boldewinus et Hunerus de Knefebeke, Bode et Siffridus, fratres de walftowe, famuli, alique quam plures fide digni. Datum Anghermunde, Anno domini M^o. CCC^o. XIX^o., feria secunda proxima post festum sancti Johannis Apostoli et Ewangeliste.

Aus Klöden's Abdruck (Wald. II, 518) nach dem Original im Königl. Geh. Staatsarchive zu Berlin.